

Domine

Litterae tuae, Mense Martii Anni 1814
 subsignatae, in manus meas venerunt hac 28^{va}
 die Decembris ejusdem anni. Quum nullam
 antea ex te Epistolam, nec de te notitiam accepissem,
 (nam prior illa, de qua mentionem facis non
 pervenit) timere ceperam ne aliquid gravius
 accidisset. nunc demum gaudeo te salvum super-
 esse. — Ex animo miserior Calamitates tuas;
 ex quibus quancquam non populum liberare te,
 lenimen tamen aliquod, spero affuturus sum.
 Mille tibi mille patacas, secundum promissum
 meum in Lassa factum, & secundum deside-
 rium tuum ^{in litteris expressum} hanc pecuniam, ut pote ex promisso,
 debitam persolvo. spero tempus venire in quo
 possim (pro exiguis facultatibus meis) aliquid
 muneri conferre. Reversus sum in Indiam; inde
 ad Canton tibi adhuc versor. Maxime desidero
 habere ampliolem notitiam de salute tua, & de
 rebus tuis. nisi molestum fuerit, scribas, precor, vel
 quod optimum foret, (terminato exilio) ipse venias.

Amicus tuus fidelis
 Thomas Manning

Canton Dec^r 28, 1814.

To

Chao Lien Seng.